



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz
Toletani è Societate Iesv**

Álvarez de Paz, Jacobo

Coloniae Agrippinae, 1615

De Instrumentis assequendæ virtutis præludium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46634)



DE INSTRV-
MENTIS ASSE-
QVENDAE VIR-
TVTIS.



IRTUTES hu-
manis actibus gene-
rantur: quod si non
nimis pressè sed ali-
quantulum latè in-
telligatur, omnibus
virtutibus conueni-

re, certum est. Nam virtutes, quæ di- D. Thom.
cuntur acquisita, actibus humanis ge- 12. q. 63.
nerari nemo dubitat: si enim actiones art. 2.
vitiatorum vitia procreant, & homines
viciosos faciunt, cur actiones virtutum
non virtutes procreabunt, & homines
studiosos & virtutum possessores effi-
cient? Virtutes verò, quæ vocantur in-
fusa, licet à Deo misericorditer i omi-
ni do-

A

ni do-

2 DE COGNIT. VIRTUT.

ni donentur, tamen mens viri adulti, ad eas recipiendas humanis actibus, ex gratia & libero arbitrio procedentibus, aliquo modo disponitur, & illis acceptis actibus ab eisdem virtutibus manantibus, earum augmentum meretur. Quare in vniuersum verum est, virtutes omnes in homine adulto ab humanis actionibus pendere, eisque aut à principio efficienter gigni, aut merito-riè ad promerendum adiuuari. Actio autem humana, est actio hominis, vt homo est, qui cum homo ratione & libero arbitrio sit, apertum est eam actionem humanam dici, qua propter finem aliquem cognitum ab operante ex deliberatione promanet. Atque adeò in actione humana, studiosa, & rationi consentanea (de hac enim nunc loquimur) tria sunt consideranda. Alterum est, quòd intellectus eam cognoscat, & eliciendam esse statuatur. Alterum, quòd voluntas eam acceptet, & prestare velit. Tertium, si sit exterior, quòd externis viribus exerceatur. Hinc oritur, vt triplicia sint instrumenta assequenda virtutis: quaedam, qua intellectum
in vir-

CAPVT I.

3

in virtute erudiunt: alia, quæ voluntatem ad virtutis amorem mouent: alia, quæ operi studioso præstando sunt adiumento. Instrumenta virtutis ad intellectum pertinentia sunt tria: Cognitio Virtutis, appetitatio, & postulatio, de quibus in hac tractatione disserendum est.

DE PRIMO INSTRUMENTO, nempe de cognitione Virtutis: eamque esse cognitu difficilem.

CAPVT I.

COGNITIO alicuius rei, si ea bona sit, & bona esse cognoscatur, ianua est ad eius amorem & desiderium, quia nihil à voluntate desideratur, aut diligitur, nisi prius cognoscatur. Amor autem & desiderium, initium est adeptionis rei, quam amamus; nemo enim apprehendere, & possidere curat, quod non desiderat, neque amat. Quamobrem vt aliquid liberè apprehendatur, necesse est hominem prius in illud desiderio ferri, & ad desiderium

A 2

rius